

ADDITIONVM AD QVAESTIONES V S V A L E S.

Seu
AD PRIMUM VOLUMEN COMMENTARIORVM
Consuetudinum Neapolitanarum.

ROBERTO ANDREAE MOLESESI
CLERICI REGVLARIS SACRAE THEOLOGIE, AC V. I. PROFESSORIS.
TOMVS SECVNDVS.

HABES HOC SECVNDO VOLUMINE, LECTOR, NON SOLVM
*Additiones ad totum Primum Volumen una cum Textu earundem Consuetudinum, suis
aptato locis; verum etiam variarum Quaestionum, diuersarum Materiarum, tum ad
explicationem Primum, tum etiam de contractibus inter virum, & uicorem,
De consensu mulieris, viro praestito in alienationibus, ac de Curialibus,
sua Notarijs, & eorum instrumentis amplissimam materiam,
eodem modo, sicut in Primo Volumine
diligentissime explicatam.*

Accesserunt etiam ad eorundem voluminum ornatum triginta septem alia Consilia iustitiarum.
Admodum praeicabilia, & in utroque foro resoluturum.

*Opus etiam Ecclesiasticis, et incunctis patet, proficuum. Similiter cum duplici Indice Quaestionum, scilicet,
& rerum notabilium.*


CVM PRIVILEGIO REGIS.

AD ILLUSTRISSIMUM, ET EXCELLENTISS. DOMINVM
D. FRANCISCVM A CASTRO, CASTRENSIVM
COMITEM TAURISANORVM DVCEM,
olim in hoc, nunc in Regno Siciliae Proregem meritissimum.



NEAPOLI, Ex Typographia Lazari Scorigij. 1616.

ILLVSTRISS. AC EXCELLENTISS. D^{NO}
D. FRANCISCO A CASTRO
CASTRENSIVM COMITI,
TAVRISANORVM DVCI,
Regni Siciliae Proregi meritissimo.



D. ANDREAS MOLFESIUS CLERICVS REGVLARIS P. F.



TERVM, ac secundò, Excellentis. Prorex, ubi animum ad scribendum appuli, alterum hoc ad consuetudines Neapolitanas confeci volumen, densissimis licet tenebris obvolutum; quod, te Auspice, lucem tua ipsum luce, quam expectarat, præfulgidum; nunc iure merito spectat, & videt. De Iustitia agit, vltro itaq; ad te venit, cuius iustitia Regijs natalibus indita, proprijsq; viribus aucta tum in Prouincijs hinc, alias & nunc tibi subiectis, tum in exteris longè, lateq; dissipis illustri, perenni; fulgore effulget: quis enim subiectos sibi populos aequiori trutina, in illis directa legibus, te gloriosius & moderavit, & moderat? cuius perenne nomen non modò in regni huius culmine, verùm etiam in legationibus insignibus iam celebri vbiq; præconijs effertur scimus; te nedum Ciuitas hæc, sed & Regnum ipsum; orbisq; vniuersus liberalem Principem occiuit: in regimine prouidum Ducem, in animomjs dispensatorem fidelium, in arduis rebus magnanimum, ac deniq; in rebus communibus hanc in conseruatione defensorem æbrimam, pacis seruatorem, litium diremptorem, vrbium moderatorem, læta, elataq; voce prædicant. Pietatem, religionem penè innatam quis non miratur, & demiratur? edicant monastica, clericalisq; vitæ cultores apud te victi, & arcto quodam beneficiorum vinculo deuincti; quid pro Apostolica Sede, Principum pace, Regis auctoritate, diuino cultu, pietate, Religione egeris, feceris, dixeris, tentaueris. Quid? vincis humanitate, deuincis pio cultu, & obsequio. auctoritate, prudentia, longanimitate, facilitate, maiestate benigna, ac benignitate illustri longè alios excellis. multos ante te vidimus insignes (absit absentatio) futuros non desperamus, sed excellentiorem, fateor ex animo, nec facillè secula præica dederunt, nec posteriora dabunt. Nouicia non sunt ista, nec in te nuper exorta primùm, auita sunt, & vnà cum sanguine in hæredes effusa. Pater tuus, hoc est Neapolitanæ cymbæ Nauclerus, & Nauta, optimus Parthenopei populi Dux, Regniq; huius Prorex ne dicam, an parens? vtrunq; certè communi omnium calculo; hic ipse Ecclesiasticos viros adeò coluit, vt non nili pileo testos sacri Altaris ministros minime alloqueretur vnquam. tuebatur illos eximie, prosequeretur officio, iurabat beneficio. tempestiuè satis, licet expleffer in breui tempora multa, tempestiuè tamen proripuit mors inuida virum, Virum adhuc leges, iussa ponentem, maria, terras, pacem, bella moderantem: Proregis dignitatem salutariter, & ex vsu prisco administrantem, ad metam illam, communis boni singulos dirigentem, & quod vltimò apprimè signandum venit, de religiosis viris præ cæteris, benemerentem; quem, licet præripuerit inimica mors, non tamen prorsus eripuit; reliquit suæ virtutis hæredes, sui sanguinis germina, suæ probitatis soboles, sui regiminis Vicarios, suæ potestatis successores. an non frater tuus germanus, tanti patris filius, quasi hereditario iure iddem sceptrum, imperandiq; tulit potestatem, ac simul religionis cultum, & obsequium? testantur hoc & ipsa non aspernanda beneficia, ecclesiasticis viris in dies largè impensa. Quem enim eorum non fouit, imò & fouet? cui non fauit, & fauet? quem non coluit, & colit impensè, & ex animo? potentiam, & modestiam ita attemperabat, & attemperat, vt cum maiestate amor, cum modestia cultus mirè ne cederetur. at vnicus ne perstitit hæres? vno ne ingenuine a restatue vniuersa virtutum prosapia? minimè gentium. Sed, vno auulso, non deficit, nec defi-

COMMENTARIA MOLFESII AD CONSVETVDINES NEAPOLITANAS.

SVMMARIVM.



N iure nostro nihil est sine controuersia. num. 1.
Multitudo contentio- num peperit legem. sub nu. 1.
Contrarietas oritur ex legum obscuritate, ex natura imbecillitate, vel ex contradicendi studio, vel ex cupiditate nanciscenda gloria, vel ex credulitate veritatis, quod non inconcinne explicatur nu. 2. cum seqq.
An vna questio, vel causa sit materia sufficiens condendi legem vniuersalem. nu. 4.
Natura nobis indidit spiritum contradicendi. nu. 5.
Repentina credulitas est mater erroris, & nouerca consilij. nu. 7.
Cneus Plautius ob quam causam fuit à Populo Romano Tribunus plebis, Senator, ac adilis Curulis creatus. nu. 8.
Principis est propriam cum benemeritis liberalitatem exercere. nu. 9.
Orandum est pro calumniantibus, & persequentibus. nu. 10.
An iuniores benefaciant scribendo in materijs, in quibus seniores scripserunt, refertur. nu. 11.
Maiori non fit iniuria, si minor veritatem inuenire laborat. nu. 11.
Scholaris doctus praefertur indoctis Doctoribus, qui non merentur gaudere priuilegio Doctorum. nu. 13.
Auctor quando non natus fuerit, & baptizatus, cur Neapolim veniat, & cum quibus versatus sit, refertur nu. 14.
In culpam non facile veniunt, qui varietatem causarum concinunt, si veritatem perquirunt. nu. 15.
Ciuis quis efficitur, si spatio decem annorum in loco habitat, animo ibi permanendi. nu. 16.
Preceptorum auctoritas non attenditur, si alter melius loquatur. nu. 17.
Procedens per contraria, dicitur magis elicere veritatem nu. 18.
Doctor quando dicatur perfunctorie loqui. nu. 19. Si esset sibi contrarius, an semper tollatur de numero. nu. 20.

Scribitur doctis, legitur indoctis. nu. 21.
Num Doctor habere debeat librorum multitudinem, vel melius sit paucos, & bonos habere. nu. 22.
Gratis quis nã dicatur persequutionem pati, traditur num. 23.
Auctor an sit dignus reprehensione in compositione operis, vel potius laudandus num. 24. & 34.
Gloriandum est nobis in Dei nomine, & ratio traditur num. 25 & 28.
Deus est Dominus scientiarum, qui linguas infantium facit esse disertas, quod explicatur num. 26.
Sancti Thomae de Aquino magisterium, doctrina, & mors recensetur num. 27.
Proemium Napodani, tam quoad consuetudinem in communi, quã respectu bonorum, & personarum, quae per has consuetudines ligetur, ubi nam sit explicatũ, narrat auctor. nu. 29. & 30.
Nouas quaestiones cur addidit Auctor, narratur. num. 31. cum seqq. usque ad num. 35. & 54.
Rex debet esse veritatis amator. nu. 32.
Debet bonum subditorum prospicere. n. 33.
Quot causa inueniatur in omni volum. & quana illa sint, explicantur nu. 35 cum seqq.
Causa efficiens harum consuetudinum, quanam sit, & quotuplex, declaratur num. 36.
Compilatores consuetudinum, ac legum an sint causa efficiens, vel potius instrumentalis legum, ac consuetudinum, traditur. num. 37.
Consilium virorum prudentium cur Summus Pontifex, ac alij Principes adhibeat in lege edenda, explicatur nu. 38.
Causa materialis harum consuetudinum quae nam sit, declaratur. nu. 39. & 41.
Ius etiam municipale, debet esse aequum, & bonum. num. 40.
Negotia, & actus hominum dicuntur materia omnium legum. nu. 41.
Causa formalis consuetudinum recensetur num. 42.
Scriptura non est necessaria ad legis essentiam, sed solum fuit inuenta ad futuram rei memoriam nu. 43. an hoc sit semper verum, traditur, nu. 44.
Volltas Principis sola an sufficiat ad ob-
A. ligandos

IURIS RESPONSA D. ANDREAE MOLFESII.

SVMMARIVM.

Novus vsus Capuana, & Nidi excludit parentes etiam à legitima liberorum nu. 1. excludit etiam avum, & aviam, quamvis in capitulis matrimonialibus non fuerint presentes nu. 18.

Trebellianica an iure prohiberi valeat in filijs primi gradus nu. 2. 24. & seq. Matrimonium contrahens, dicitur omnia pacta, apposta in capitulis matrimonialibus approbare nu. 3. 7. & 9. eò magis procedit, si scienter id faciat. nu. 12. 14. & seq.

Pacta, adiecta in contractu, sunt respectiva ad contractum. num. 4.

Pacta, adiecta in capitulis matrimonialibus sunt irrevocabilia, uti est matrimonium, & omnino servari debent. nu. 5. & 6. procedit etiam in pacto de renunciando. nu. 8.

Contractus, celebratus nomine absentis, est individuus, idè vel in totum annullari, vel in totum approbari debet, quòd explicatur. nu. 10. & 11.

Pactum excludendi parentes à successione filiorum secundum novum vsum Capuana, & Nidi, dicitur esse de substantia dicti novi vsus, quòd explicatur. nu. 13. & 17.

Qui contractu utitur, dicitur illum ratificasse cum omnibus eius qualitatibus, & ratio traditur. nu. 15. & 16.

Pactum de non succedendo, an de iure sit validum, explicatur. nu. 19. & 21.

Legitima non venit in generali renunciatione, nisi in specie renunciatur. num. 20.

Novus vsus Capuana, & Nidi in praxi Neapoli receptissimus esse dicitur. num. 22.

Mater exclusa à successione filiorum ex novo vsu Capuana, & Nidi, etiam à Trebellianica filiorum dicitur exclusa. nu. 23.

AN NOVVS VSVS CAPVANÆ, & Nidi locum habeat contra absentes in stipulatione capitulorum matrimonialium, & an ratificando matrimonium, dicantur etiam in omnibus se submittere dicto novo vsui; & an mater possit deducere trebellianicam de bonis filij præmortui, non obstante prohibitione testatoris.

CONS. XIV.

De quo facta est mentio par. 1. cap. 2. in addit.

IESVS MARIA IOSEPH.



DUO sunt præfensiones Sulpitiæ Capitiæ vxoris quòdam Cæsaris Priolis, prima est; illi non obesse Capitula matrimonialia, & contracta secundum novum vsum Capuana, & Nidi, quo excluditur à successione filiorum, etiam à legitima. Secunda est, vt possit etiam deducere trebellianicam à bonis hæreditarijs filij præmortui, non obstante prohibitione Testatoris.

Vt fundet eius primam præfensionem, se tueretur, quia licet Matrimonium fuit contractum, & secundum dictum novum vsum Capuana, & Nidi, quo parentes omninò excluduntur à successione filiorum, ab intestato quancumque morientium, & etiam ab eorum legitima, vt mandat prædictus novus vsus, de quo dixi ad consuet. Neapolitanas par. 1. cap. 2. & 4. & par. 2. tit. de bonis q. 24. & par. 4. q. 46.

Hoc tamen non potest locum habere in hoc casu, quia prædicta Sulpitiæ non fuit præfens, quando fuerunt stipulata Capitula matrimonialia, & ideo non fecit prædictam renunciationem, & consequenter non potest excludi, ad minus à legitima prædicti eius filij, de cuius hæreditate nunc tractatur.

A Secun-

conseruationis bonorum in familia, non est verum simpliciter, regulariter enim habent talem rationem, vt latissimè in primo tom. pluribus in locis cumulati, præcipuè par. 1. c. 5. n. 12. & sæpè alias, 50 † fateor tamen, quòd non est generalis, & perpetua, vt dixi in eodem tom. par. quarta, quæstio. 45. num. 48. cum sequentib. & præcipuè num. 56. semper tamen habetur ratio prædicta in consideratione, quando adest concursus plurium personarum eiusdem lineæ, prout est in casu nostro; quia, licèt sint eiusdem lineæ maternæ, non tamen sunt omnes ex ea parte, vnde bona peruenerunt; & successiuè, dum adest ratio conseruationis

bonorum ex parte istorum de Massa, & non ex parte dicti Valerij, Valerio excluso, succedunt prædicti de Massa. Et hæc mihi videtur veritas, secundum quam plures in nostra professione eximij Viri, viso hoc consilio, tenuerunt; quamuis multi sentiant contrarium. Ne scio si causa fuerit decisa. Remitto tamen omnia consilio, & iudicio melius sentientis: præcipuè tamen omnia discussa in hoc volumine, & eorum singula Sanctæ Romanæ Ecclesiæ iudicio, & correctioni omni humilitate propono, & submitto.

Ego D. Andreas Molfesius.

FINIS CONSILIORVM.

Ad laudem, & gloriam Sanctiss. & indiuiduæ Trinitatis,
 Beatiss. Mariæ semper Virginis, & omnium
 Sanctorum. Amen.

conservationis honorum in familia, non est verum simpliciter, regulariter enim habent talem rationem, vt latissime in 1. tom. pluribus in locis cumulaui, præcipue par. 1. c. 5. nu. 12. & sepe alias: fateor tamen, quod non est generalis, & perpetua, vt dixi in eodem tom. par. 4. quest. 45. num. 48. cum seqq. & præcipue num. 56. semper tamen habetur ratio prædicta in consideratione, quando adest concursus plurium personarum eiusdem lineæ, prout est in casu nostro; quia licet sint eiusdem lineæ maternæ, non tamen sunt omnes ex ea parte, vnde bona peruenerunt; & sue-

cessiue, dum adest ratio conservationis honorum ex parte istorum de Massa, & non ex parte dicti Valerij; Valerio excluso, succedunt prædicti de Massa. Et hæc mihi videtur veritas, secundum quam plures in nostra professione eximij viri, viso hoc consilio, tenuerunt; quamuis multi sentiant contrarium. Nescio si causa fuerit decisa. Remitto tamen omnia consilio, & iudicio melius sentientis: nam ad minus hanc questionem sic dilucidatam proposui, alij tamen poterunt illam melius determinare, & soluere.

Additiones ad priora Consilia tresdecim inserta in primo volumine Commentariorum.

Licet huiusmodi Additiones præcedere debuissent supradicta cons. 37. que in hoc volumine inserui; nihilominus quia etiam aliqua in eis addidi ad cons. 16. ex ratione tradita in addit. ad consil. 9. cum seqq. num. 28. Idcirco conuenientius fuit, vt in fine operis ponerentur, quamuis cum aliquo dispendio, quia vltimum folium erat iam excussum, & ob id necessarium fuit, vt incidere tur, vt ex illius inspectione ceruatur, quod dixi, ne credatur, vt deficiat aliquid ad opus ob huiusmodi incisionem.

SVM MARIVM.



Religiosus, factus Episcopus, licet recuperet ius succedendi, non tamen recuperat successiones alteri acquisitas. num. 1.

Non ita exiens de religione, recuperat bona alijs donata. num. 2.

Donatio facta contemplatione matrimonij est irrevocabilis. nu. 3. Donatarius regulariter de illa disponit ad libitum, & eius creditores præferuntur eius filijs. & sic decisum refertur nu. 5. & 7.

Affectio non cadet in non natis. nu. 4.

Omissum an habeatur, quod partes potuerunt exprimere, & non expresserunt, traditur num. 6.

Affensus legis dicitur principaliter concessus mulieribus Neapolitanis super feudis, non in subsidium. nu. 8. & 10.

Vitamilitia non debetur in linea transfuersali. num. 9.

Hypotheca an comprehendat feuda favore dotis. num. 10.

Clausula apposta in contractibus per notarios an noceant partibus. nu. 11.

Metus reuerentialis an rescindat contra-

Actum factum per filiumfam. num. 12. & 15.

Contractus factus contra formam statuti, non validatur iuramento, & ratione probatur. num. 13. & 14.

Contrahentes non possunt renunciare solennitatibus statuti. num. 14.

Ter. in l. fin. C. si mator fact. quando locum habeat. num. 16.

ADDITIONES

ad cons. 1. cum trib. seqq.



Ad cons. 1. multa sunt addita infra cons. 39. Hic sub num. 25. ¶ vt monachus factus Episcopus, recuperet ius succedendi, adde Io. Fabr. & alios, quos probat Rodriq. tom. 2. quest.

regular. q. 79. art. 1. vbi etiam post Feder. de Sen. cõf. 26. & Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. nu. 103. probat, vt non reuocet successiones alijs acquisitas, dum erat monachus, quia satis est, vt tempore delationis illarum successio num, ille monachus non erat successibilis; multoties enim replicatũ est superius, præcipue par. 4. q. 35.

Iterum hinc Deo, Beatissime Mariæ
semper Virgini, Sanctis Andrea, Ianua-
rio, Thomæ Aquinati, ac omnibus alijs
Sanctis, eorumque meritis, & intercessioni-
bus hic in Dei gratia maneamus, & post
hæc vite curiam vitam consequamur
æternam: omnia tamen, & eorum singu-

la iudicio, & correctioni Sanctæ Mariæ
Ecclesiæ submitto, sic me Deus adiuvet,
Amen.

*Don Andrea Molfesij
Clericus Regulæ.*

Imprimatur.

Alexander Bosch, Vic. Gen. Neap.

Aloysius Riccius Canonicus Deput. vidit.

**Ioannes Longus Canonicus, & Curie Archiep. Neap. Theologus Deput.
vidit, & regulavit fol. 35.**

NEAPOLI,

Ex Typographia Lazari Scorigij. M. DC. XVI,